UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Fasti Mariani

Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm

Antverpiæ, 1663

S. Euphrasia V. 13. Martij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

Visual Library

pars magna fuit. Sed & Leoni alteri Iconomacho fortiter ſe oppoſuit. Neque hic virum aut carceris obſidione aut fame longâ expugnare potuit. Victor igitur THEOPHANES cælum ſubiit, duxitque in triumpho duo ingentia monſtra, Leones duos. *Ex Surio.*

*Perſpice ô homo quantum valeas, & perpende quantum debeas; ut tandem tibi vilis eſſe deſinas, ut vel per hoc erubeſcendis ſubjacere vitiis dedigneris dum generoſitatem tuam de Creatoris ac Redemptoris dignitate metiris.* S. Maxim. hom. 1. de Reſurr.

## S. EUPHRASIA V. 13. *Martij.*

NOn facilè ulla alia Virgo ſplendorem generis ſui ut EUPHRASIA novit æſtimare; quippe quæ alios quantumvis nobiles toros alto animo deſpexit omnes, unum CHRISTI ambitioſa experiit. Fortè in hunc fixum cruci oculos defixerat; cùm ut amor facilè omnia ſibi fingit, quæ arrident, paſſis brachiis amplexum offerri ſibi interpretata illico in crucem involavit, & amatum complexa etiam ipſa, æternùm illi ſuos amores devovit; quin mox futurarum nuptiarum flammeum inter ſacras Virgines accepit. Intereà literæ adſunt à Theodoſio Imp. quem ſanguine contingebat. Is quòd quinquennem Ordinis